

## **Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 62. Peccatoribus publicis, sive publicè, sive occultè petentibus,  
Sacerdos negare debet Communionem, nisi sufficientia dederint signa  
pœnitentiæ, eaque publica, si publicè petant. Occulto verò ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

- Affirmat Ochagavia de effectu Euchar. tr. 2. q. 18. quia praeceptum divinum de Communione in articulo mortis, praeponderat Ecclesiastico, de non communicando Laicum sub specie vini.
- 778 Sed id negandum cum Suarez, Mercero, Sylvio, & Doctoribus communiter, ob contrariam Ecclesie praxim, ex qua intelligimus praeceptum divinum istis in circumstantiis non obligare. Ad do cum Sylvio, numquam mortaliter contingere quin minimam hostiam consecrata partem, cum via-  
no, infirmus trajecere possit.
- 779 Quaritur 3°, an deficientibus parvis formulis consecratis, Sacerdos celebrans dare possit com-  
municare ex devotione volenti partem majoris ho-  
stiae sua?
- Negat noster Lezana; affirmant Sylvester, An-  
gelus, Homobonus, aliquis non pauci. Nec vi-  
deo cur id practicari nequeat, scelus scandalo.  
Cum in eo nihil appareat contra reverentiam Sa-  
cramenti, nec contra integritatem sacrificii, que  
solum postulat sumptionem utriusque speciei.
- 780 Quaritur denique quid factio opus, si contingat sacra hostiam inopinato casu decidere in sinum mulieris?
- Respondet habendam rationem honestatis &  
decentia; id est suadendum mulieri, ut in lo-  
co secretiori ex se videat, an modet exponere  
tantis per vestibus efficere nequeat, ut Sacerdos  
accipere possit, vel potius ex vestibus immittere  
super corporale extensem super scabellum. Si non:  
ipsa mulier accipiat, & ponat super corporale,  
tuncque Sacerdos ipsam communicet, & mulier  
digitos suos laver, aqua deinde in pincinan pro-  
jecta. Si solus Sacerdos advertat, parvum frag-  
mentum in sinum ipsius incidisse, ne caufet ipsi  
notabilem turbationem, & adstantibus offendio-  
nem, nihil tunc dicat Sacerdos, sed totum com-  
mittens Deo, perget in ministerio suo. Deinde  
post modicum tempus, communicatis omnibus,  
in divinisimis Sacramenti reverentiam, curet il-  
lam vocari secreto, blandèque moneat, ne tur-  
beatur, sed adhibeat diligentiam inveniendi ut su-  
pra.

## C A P U T L X I .

Sacerdos negare debet hoc Sacramentum pueris,  
nondum rationis usum adeptis, & amen-  
tibus à nativitate. Eam tamen per modum Via-  
tici dare potest in amentiam & phrensem lap-  
sis post rationis usum, si absit periculum ir-  
reverentia, illudque petierint, dum ratione  
uebantur. Ubi etiam de surdis, muis, ca-  
cis, & energumenis.

- 781 Quoad pueros namque, rationis usum non-  
dum adeptos, eti olim Eucharistia daretur,  
Rituale Romanum jam dudum hoc inhibuit,  
tum ob defectum devotionis, tum ob periculum ir-  
reverentia.
- 782 Amentes verò à nativitate dictis pueris equipa-  
rantur. S. Thomas q. 80. a. 9. Et propter ea ip-  
sis etiam dare vetuit Paulus V. in suo Rituale.
- 783 Si non semper amentes fuerint, sed in lucido  
rationis usu petierint, scelus periculo irreveren-  
tia Vaticanicum ipsi dandum, expresse statuit Con-  
cilium Cartag. IV. c. 48. Statut & Rituale Roma-  
num. Et quamvis expresse non petierint, si tam-  
en aliquamdiù piè christianaque vixerint, nec  
confiterentur ipsos in statu malo in amentiam incidisse,  
in sua illa pia christianaque vita probabiliter cen-  
fendi sunt implicite petiunt, fatem si apparuit in  
eis hujus Sacramenti devotio. S. Thomas ibidem.
- 784 Extra mortis articulum, si quis notorius amens  
ingerat se in turbam communicantium, flecat-

que ad mensam Communionis in speciem devote  
cum aliis, tametsi Joannes Sancius in select. disp.  
28. n. 9. dicat non prætereundum à Sacerdote,  
sed lucidum intervallum tunc præsumendum.  
Censeo equidem prætereundum, tum ad caven-  
dum simul ad geniculatum scandalum ac per-  
turbationem. Tum quia ex illa ad geniculationem,  
fine alio examine, lucidum intervallum non bene  
præsumitur: cum stulti frequenter simias agant.

Illi vero amentibus, qui non nisi per intervalla  
tales sunt, durante lucido intervallum non est du-  
pium posse dari hoc Sacramentum. Sicut & in  
Pachate, & in mortis articulo semifatuus, qui in-  
firmo quidem rationis usi fruuntur, tali tamen  
ut absolutorum sacramentalis sint capaces. Quibus  
tamen extra haec tempora Tannerus censet raro  
distribuendum.

Quoad illos, qui à nativitate simul cœci sunt,  
muti & surdi: cum non videantur ullo modo pos-  
se edoceri res sacras, non videtur capaces ha-  
jus Sacramenti. Si cœci non sint, sed solum sur-  
di & muti, multiplex experientia docuit, ipsos per  
signa edoceri posse, maxime cum esse solent per-  
spicacioris ingenii, atque ex multiplice observa-  
tione, collatione, reflexioneque eō frequenter  
pervenant, ut ad motum labiorum alia signa  
intelligant que ipsi proponuntur, ut videat illi in  
vita S. Francisci Salesii Dilinge edita c. 22. ubi le-  
gitur, quod cum talem hominem, Dei & di-  
visorum mysteriorum penitus ignoramus, nam et  
vir sanctus, sibi domesticum factum, patientia &  
charitate mirabilis, nutibus & signis docuerit illum  
fidei mysteria, & quomodo ad Penitentiam & Eu-  
charistiae Sacramenta accedendum foret, ita ut ipsi  
à Confessionibus ipsemet esse voluerit. Talibus  
proinde neganda non est Communio, si iudicio  
& arbitrio prudentis Confessarii probabilia dent  
signa devotionis erga illam. Videri possunt Diana  
p. 5. tr. 6. refol. 7. Layman. Theol. Moral. I. 5.  
tr. 4. c. 4. n. 5. Palao p. 4. tr. 21. puneto 10. n. 9.

Emergunt enim hoc Sacramentum olim negabata  
ob decentiam. Postea à Concilio Arauf. I. can.  
14. ipsis concessum fuit, modò irreverentiam peri-  
culum absuerit.

## C A P U T L X I I .

Peccatoribus publicis, sive publicè, sive occulti  
penitentibus, Sacerdos negare debet Commu-  
nionem, nisi sufficientia dederit signa pan-  
tentia, eaque publica, si publicè petant. Oc-  
culto vero peccatori, publicè penitentia, Sacer-  
dos negare non potest.

785 Utraque pars affectionis constat ex dictis lib.  
I. c. 18. Publicis proinde adulteris, concu-  
binaris, infamibus, meretricibus, uiraribus, mu-  
licibus ornato laicivo incidentibus, vel nudato  
sinu publicè sc ad Communione presentantibus,  
deneganda est Communio. Sicut & omnibus,  
quorum gravia peccata per majorem loci partem  
innoverunt per evidentiā factū, vel per publicam  
sententiam Judicis, vel per publicam & manifestam  
de iis jaētantiam: tametsi aliqui fortè in loco, ubi  
Communio distribuitur, peccatum ignorant.

Si tamen ille, cuius crimen uno loco publicum  
est per sententiam Judicis, sive notoriū noto-  
riū, publicè petat in loco diffuso, ubi pu-  
blicum non est, probable est Communione ipsi  
non negandam. Tum quia fortè homo ille est  
emendatus: ad quod multūm facilitare solet mu-  
tatio loci. Tum quia ex tali repulsa videtur nata  
sequi inconvenientia & scandalū, que nata sunt  
sequi ex publica repulsa peccatoris occulti.

Addit Concilium Mediol. VI. anni 1582. tit. 786

de Sacram. Poenit. Incunab. inv. imprimis Quadragesimā Episcopus quād diligentissime investigabat, si qui vel in urbe, vel in Diocesis fuit, qui opera carnis; egestates, turpiter vivant, si qui item odia & inimicitias exerceant, si qui alti denique, qui in aliqua peccandi conjectudine faccant... nec vero antequam ipse perfexerit, illos ab ea male agendi via recessisse, ac publicas offensiones praecidisse, permittat (et iuravi testimonium Confessarii adferam) ne in Piscibali quidem celebritate sacrae Communionem eis ministrare; quin in illam tamdiu differe jubeat, quoad eorum veram vite emendationem Episcopus cognoverit.

## CAPUT LXIII.

Eucharistia non solum est Sacramentum, sed & verum & propriè dictum sacrificium.

791 Et de fide, definitum in Tridentino fest. 22. c. t. & can. 1. Et probatur 1<sup>o</sup>. ex Malach. 1. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiant de manu vestra. Ab ortu enim solis, ait ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur, & effertur nomini meo oblationis mundi: quia magnum est nomen meum in Gentibus. Magnificis namque hinc verbis nihil aliud ibi praeeditum dici potest, nisi sacrificium Eucharisticum, quod in Missa celebratur. Nam Deus afferit in lege antiqua sacrificia repudiatum & reprobaturum, atque in lege nova aliud institutum, quo holita pura & sancta in toto orbe terrarum sibi sacrificabitur. Istud verò sacrificium aliud esse non potest nisi Eucharisticum. Neque enim cruentum crucis sacrificium dici potest ibi præsumptum; utpote in solo Calvariae Monte oblatum, non in omni loco ab ortu solis usque ad occasum. Nec certè hebrei: a vox mincha, quā (afflante Spiritu) utsus est Propheta, significat cruentum crucis, sed incruentum Missa sacrificium. Siquidem mincha sacrificium erat farina & panis, ut videtur Levit. 2. cumque hujusmodi sacrificio farreo quoquid libabatur vinum in jugi sacrificio Agni, ut videtur Exodi 29. v. 40. Sieque per sacrificium illud farris & vini optimè adsumbratum sacrificium Eucharisticum, quod offeritur sub speciebus panis & vini.

792 Et idēc proprietatem illam Malachia de Eucharistico nova legi sacrificio merito intellexerunt sancti Patres paucum omnes, Julianus in Dialogo ad Tryphon. Ireneus 1. 4. adversus heret. c. 32. Tertullianus 1. 3. contra Marcion. Cyprianus 1. 1. contra Judaeos c. 16. Eusebius Cesariensis 1. 1. de demonstrat. c. ult. Chrysostomus in Psal. 95. Hieronymus in illum Malachia 1. cum. Augustinus 19. Civit. 25. & alibi sape. Damascenus 1. 4. fid. orthod. c. 14. Justini dumtaxat, & Irenei, & Augustini verba referam: *De sacrificiis à vobis (Judeis) oīm oblati* (verba sunt Justini) *Dens, sicut supra dixi, per Malachiam... ait: non est voluntas mea in vobis. ... De nostris verē Gentium, quae in omni loco offeruntur, sacrificii, hoc est pane Eucharistiae, & poculo similiere Eucharistiae, jam tum locutus, prædicti nō quidem glorificare nomen ejus, vos autem profanare.*

793 Ireneus: *Enī (inquit) qui ex creatura panis est accepit, & gratias egit, dicens, hoc est corpus meum. Et calicem similiter, qui est ea ex creatura, que est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & novi testamenti novam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in universo mundo offerit Deo... de quo in duodecim Proprietatis Malachias præsignificavit: non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, &c. (ut supra) manifestissime significans per hanc, quoniam prior*

quidem populus cessavit offerre Deo. Omni autem loco sacrificium effertur Deo, & hoc purum, &c. saturas victimas, quas in umbra futurorum offerbant Iudei; & unum sacrificium à solis ortu ad occasum, sicut iam cernimus, oblaturas Gentes.

2<sup>o</sup>. idipsum probatur ex Hebr. 9. Christus fa-

etus est Pontifex in eternum, secundum ordinem Melchizedec. Quare secundum ordinem Melchizedec? Omnes unanimiter Patres, rationem esse dicunt, quia sicut Melchizedec panem & vinum obtulit in sacrificium: sic Christus Dominus in ultima cena aeterno Patri in sacrificium obtulit corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini. Ita Cyprianus 1. 2. epist. ad Cecil. Ambrosius 1. 5. de Sacram. c. 1. Hieronymus epist. ad Marcellam. Augustinus 1. 1. contra advers. leg. & Proph. Et 1. 4. de doct. Christ. c. 21. ubi sic: *Quis magis Sacerdos Dei summi fuit, quād Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo Patri obtulit, & hoc idem quod Melchizedec obtulerat, id est panem & vinum, suum festū corpus & sanguinem.*

3<sup>o</sup>. probatur ex ipsam institutione sacrificiis

Eucharistiae, prout ab Evangelistis resurterunt

Matth. 26. Marci 14. Luc. 22. & ab Apostolo

1. Cor. 11. Ex istis quippe locis constat, Christum

Dominum panem & vinum consecrare, & trans-

ubstantias in corpus & sanguinem suum; nec

magis dubium, Patri aeterno tunc obluisse, &

sacrificare, tamē verba illa non usurpaverit,

*offerō, sacrificio*, quād corpus & sanguinem suum

aeterno Patri obtulit & sacrificaverit in cruce,

tamē nee tunc verba illa usurpaverit. Nec cer-

tē veteris Testamenti Sacerdotis cā verborum for-

mā in suis sacrificiis usi sunt, *offerō, sacrificio*;

verū nihilominus sacrificia obulerunt. Cum ergo

constet verba illa ad verum sacrificium offerren-

dum necessaria non esse, nihil certè quod ad fa-

cifici rationem pertinet, in ultima cena Christus

omisit, magis quād in cruce. Tam verò igitur

sacrificavit in cena, quād in cruce. Nam quia ex

una parte exemplum Melchizedec, & sacrifici ab

eo oblati, a Christo reipsa completum non fuit

in cruce; ex alia parte per sacrificium crucis, &

mortem, sacerdotum ipsius extingendum non

erat: in cena novissima, quā nocte tradebatur,

aliud institutum sacrificium secundum ordinem Mel-

chizedec (id est adumbratum & significatum per

sacrificium Melchizedec, qui sacrificavit profe-

rens panem & vinum) quod post mortem suam

in aeternum, id est ad finem usque mundi perma-

neret, quodque ipse, tam per Apostolos suos,

quos tunc novi Testamenti Sacerdotis instituit,

dicendo: *Hoc facite in meam commemorationem*,

quād eorum in sacerdotio successores, tamquam

Vicarios suos & Ministros, ipse tamquam princi-

palis offerens semper offerret. Sic enim Catholica

Ecclesia semper intellexit. Sic Andreas Aposto-

lus praticaveit, ut fidem faciunt verba ipsius re-

lata Presbyteris Achæis in actis Passioni ipsius:

*Coram circumstante multitudine effatus est: ego*

*Agnus immaculatum in altari quotidianè offero, cu-*

*jus, carnes postquam omnis populus credentium man-*

*ducavit, Agnus qui manducatus est, integer per-*

*severat. Sic etiam reliquos Apostolos, corumque*

*proximos successores praticaveit constat ex anti-*

*quifissimis Liturgiis Jacobi, Marci, Basilii, Chry-*

*stostomi. Unde & à primis Ecclesiis temporibus*

*historia & vita primorum Pontificum Romano-*

*rum fidem faciunt, fuisse altaria, Sacerdotes, E-*

*piscopos, à quibus Sacerdotes ordinabantur. Sic*

*denique habemus ex Traditione omnium Patrum,*

*Græcorum & Latinorum, tum primorum, tum*

*sequentium seculorum (quorum complures fue-*

*tunt Christi & Apostolorum temporibus propin-*